



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

II. Ivlii. S. Otho.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S OTHO ex nobilissima & religiofissima Andecensium comitum stirpe natus, patrem habuit Bertoldum II. Literis à puero eruditus, easdem mox in Poloniam profectus iuventuti tradidit. Dein legatione Ducis Poloniæ Polislai perfunctus, Henrico Imperatori ab Epistolis & Sacellis fuit, quo agente tandem Babenbergensis Ecclesiæ curam & Episcopatum, cum duos jam recusasset, accepit. magnasq; res cum virtutis studio, tum populum pro concione docendo effecit, variaq; Cænobia & templa partim condenda, partim instauranda curavit. Polislaus cum Pomeranos bello subegisset, eosdem cupiebat Christianâ disciplinâ ad cælestem cultum informari. OTHONEM ad hoc diuinum diuinæ legis promulgandæ munus invitat, qui acceptâ ab Honorio Pontifice R. potestate, fausta q; comprecatione eam gentem, quamvis horridam ac barbaram multis passim & ingentibus editis miraculis, magnisq; laboribus & periculis defunctus cælesti fonte tinxit, & ad omnem vitæ humanitatem ac honestatem traduxit. Postremò vitæ tumultuosæ pertasus, cum ad religionis statum veluti quietis diuinæ portum aspiraret, frustra sacrum abdicare magistratum conatus, eundem administrare, quoad vita superesset, iustus est. In Moguntino Concilio patribus adsedit. Vitâ tandem & ævo laboribusq; exhaustus religiofissimè diem obiit extremum, cui funebrem dixit laudationem Imbrico Pontifex Herbipolensis, quæ & hodie legitur. Vixit annos LXX. migravit MCLXXXIX.

VI. Non. Iulij. *Ibidem.*



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF PADERBORN
 PADERBORN, WESTPHALIA, GERMANY
 1911



S. OTHO EPISC. BAMBERG. ORD. S. BEN.
 Dum caelestis OTHO uerbi pia semina spargit,
 Ad pia signa CRUCIS gens POMERANA uolat.

III IVLU

MAI 2

O.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the name 'Bened' and the Roman numeral 'III'.